BREVIARIUM
TOTIUS CHRONOLOGIÆ SACRÆ
In quatuor annorum millia diſtributum.

AB ORBE CONDITO AD NATUM SALVATOREM.

PRIMUM MILLENARIUM, ADAMI appellamus; quod eius creatione & morte, ac raptu Enochi, qui anno 987. contigit, inſignitur.

SECUNDUM, NOEMI; ad quod Diluvium pertinet, anno 1656. adſcriptum: confuſio item linguarum, diviſio terrarum, ac nova per tres filios Noemi, generis humani propagatio.

Horum Chronologia ex natalitiis Patriarcharum pendet (*Geneſ. cap.* 5. 9. & 11.) quæ hìc ita ſubjicitur, ut ad verum Chriſti natalem annos mundi revocemus, quò magis clareat CHRISTUM, anno poſt conditum orbem QUATER MILLESIMO in his terris viſum.

Annorum ab orbe condito.

Primum millenarium. ADAMI.	Anni ab orbe condito.	Anni ante verum Chriſti natalem.	Secundum millenarium. NOEMI.	Anni ab orbe condito.	Anni ante verum Chriſti natalem.
1. ADAM creatus *vixit annos* 930.	1	4000	10. NOE natus anno *vixit* 950.	1056	2944
2. Seth natus anno *vixit annos* 912.	130	3870	11. Sem natus *vixit* 600.	1558	2442
3. Enos natus *vixit* 905.	235	3765	12. Arphaxad natus *vixit* 338.	1658	2342
6. Cainan natus *vixit* 910.	325	3675	13. Sale natus *vixit* 433.	1693	2307
5. Malaleel natus *vixit* 895.	395	3605	14. Heber natus *vixit* 464.	1723	2277
6. Iared natus *vixit* 962.	460	3540	15. Phaleg natus *vixit* 239.	1757	2243
7. Henoch natus *vixit* 365.	622	3378	16. Reu natus *vixit* 239.	1787	2213
8. Mathuſala natus *vixit* 969.	687	3313	17. Sarug natus *vixit* 230.	1819	2181
9. Lamech natus *vixit* 777.	874	3126	18. Nachor natus *vixit* 148.	1849	2151
Pervenit ergo illud primum millenarium, ad annum uſque Lamechi 126.	126		19. Thare natus *vixit* 205.	1878	2122
			Superſunt ergo adhuc anni 122. *vitæ Thare, ut illud millenarium impleatur.*	122	
Summa	1000	3000	Summa	2000	2000

TERTIUM MILLENARIUM, Abrahami vitâ & poſteritate, ac mirabili illo egreſſu ex Ægypto nobilitatur. Huius verò Chronologia ſic exponitur.

Tertium millenarium. ABRAHAMI.	Anni: Tertij millenar.	Ab orbe condito.	Ante verum Chr. natalem.	
ABRAHAM natus eſt, anno huius millenarij	8	2008	1992	*Chron. Sacræ cap.* 5.
Promiſſionem accepit, anno vitæ ſuæ	75	2083	1917	*Ibid.*
Hinc ad Exodum, anni ſunt	430	2513	1487	*Cap.* 6. 7. 8.
Inde ad iacta Templi fundamenta, anni	480	2993	1007	*Cap.* 10. 11.
Abſolvitur Templum, annis	7	3000	1000	*Cap.* 12.
Summa	1000			

QUAR-

QUARTO MILLENARIO ineunte, anni ſcilicet 3001. menſe 7. dedicatio Templi celebrata eſt, 3. *Reg.* 8. ℣. 2. Nec multò poſt, anno nempè 3030. avulſis decem Tribubus ab Iuda, regnum Iſrael exordium habuit. Omnium etiam ferè Imperiorum ac Monarchiarum initium & finis, in illud millenarium concurrunt. Aſſyriorum enim imperium deſtructum eſt anno Mundi 3257. Per. Iul. 3967. indeque alia ſunt ſubſecuta. Hoc ergo iure ſic appellabimus ac deſcribemus

Quartum millenarium. TEMPLI & MONARCHIARUM.	ANNI: Quarti millenarij.	Ab orbe condito.	Ante verum Chriſti ortum.	
Antiqui ASSYRIORUM imperij, cuius auctor Belus, ad hoc millenarium pertinent anni	257	3257	743	*Chron. ſacræ cap.* 16.
Inde MEDI, BABYLONII & rediviva Aſſyriorum potentia, per annos	211	3468	532	*Cap.* 17.
Hinc PERSARUM Monarchia, cuius auctor Cyrus annis	206	3674	326	
Exinde GRÆCORUM, cuius auctor Alexander annis	300	3974	26	*Cap.* 18. 19. 20.
Hos excipit ROMANUM Imperium, extinctâ Cleopatrâ, annis ante verum CHRISTI natalem.	26	4000	0	*Cap.* 25.
Summa	1000			
Rurſus, eadem Chronologia hoc modò deſcribi poteſt. A dedicatione Templi ad initium captivitatis, anno 4. Iechoniæ aſsignatum anni ſunt	398	3398	602	*Cap.* 12. 13. 14.
Inde ad finem captivitatis, anni	70	3468	532	*Cap.* 15.
Hinc ad annum 20. Artaxerxis Longimani, quo inchoantur 70. Danielis ſeptimanæ, anni	82	3550	450	*Cap.* 20.
Indeque ad CHRISTUM natum (deductis nempe annis vitæ eius 37.) ſuperſunt anni	450	4000	0	*Cap.* 30. & 31.
Summa	1000			

CHRISTUS itaque natus eſt

COSS. Auguſto Cæſare XI. ſive XII.
Et Lucio Cornelio Sulla II.

ANNO

Periodi Iulianæ.	A Mundi creatione.	A Diluvio.	Olympiadis.	Urbis conditæ.	Correct. Iulianæ.	Imperij Auguſti.	Regni Herodis.	Ante æram vulgar.	Hebdomad. Daniel.
4709	4000	3244	193	749	41	40	34	5	450
cadente.	*à præcedente autumno inchoato.*		an. IV.		*deſinente.*	*à conducto exercitu; Seu* 26 *à morte Cleopatræ.*	*à morte Antigoni, vel* 37 *à conceſſo ſibi regno.*	*deſinente. Ita ut* 4. *anni ſolidi ſuperſint ad huius æræ initium.*	

Mortuus eſt verò

COSS. Severo Sulpitio Galba.
Et Lucio Cornelio Sulla.

ANNO

Periodi Iulian.	A creatione.	A Diluvio.	Olympiadis.	Urbis.	Correct. Iulianæ.	Imperij Tiberij.	Ætatis ſuæ.	Æræ vulgaris.	Hebdom. Danielis.
4746	4036	2380	202	786	78	19	37	33	487
			an. IV.				*inchoato*		IN MEDIO *ſcilicet* HEBDOM. LXX. & *ultimæ.*

Atque his annis Chriſti nativitatem & mortem illigandam, ſatis probavimus in noſtra Chronologia ſacra *Capite* 26. & *ſequentibus.*

CHRO-

CHRONOLOGIA LIBRORUM
VETERIS TESTAMENTI.

	Anni ab orbe condito.		Anni ante æram vulg.
Geneſis *ann.* 2369.	I. 2369	GENESIS continet hiſtoriam annorum 2369. à creatione Mundi ad Ioſephi mortem.	4004 1635
Exodus *ann.* 145.	2514	EXODUS annorum 145. ad alterum annum ab egreſſu ex Ægypto.	1490
Levitic. *menſ.* 1 ½		LEVITICUS vix unius menſis cum dimidio.	
Numeri *ann.* 38 ½		NUMERI annorum 38 ½ nempè à menſe 2. anni 2. egreſſus ex Ægypto, ad finem penè vitæ Moſis, ſive peregrinationis 40. annorum.	
Iob.		Hoc eodem tractu temporum, IOB fuiſſe, creditur: Cuius hiſtoria à Moſe ſcripta ſit, vel potiùs hebræa facta.	
Deuter. *menſ.* 1 ½		DEUTERONOMIUM iterata Legis verba continet, quæ Moſes, ab ultimi peregrinationis anni menſe undecimo, uſque ad 7. diem menſis duodecimi locutus eſt.	
PENTATEUCH. *an.* 2552. ½	2553	Atque ita PENTATEUCHUM Moſis, hiſtoriam annorum 2552. cum dimidio continet.	1451
Ioſue *ann.* 17.	2570	Liber IOSUE cum anno 41. exitûs ex Ægypto incipiens, geſta ipſius per annos 17. complectitur: & ad ann. 2570. pervenit.	1434
Seniores ann. 15. Iudices. *ann.* 317. *Samſon. ann.* 20.	2887	IUDICUM verò hiſtoria à morte Ioſue per ann. 317. extenditur: ad finem ſcilicet anni 2887. quo SAMSON mortuus eſt, qui Iſraelem vindicavit ſub Iudice Heli, annis 20. *Iudic.* 16. ℣. 30. & 31.	1117
Ruth.		Hiſtoria RUTH, *in diebus unius Iudicis* contigit. *Ruth* 1. ℣. 1.	
REGUM I. *ann.* 101.	2949	REGUM PRIMUS ab initio adminiſtrationis Heli, & SAMUELIS nativitate, ſive anno 2849. ad Saulis finem hoc eſt annum 2949. extenditur per annos circiter 101.	1055
II. *ann.* 40.	2987	SECUNDUS recenſet acta Davidis iam regis per annos circiter 40. Ad annum 2987.	1017
III. 126.	3115	IN TERTIO narratur regnum Salomonis, acerbaque primorum regum Iſraël diſsidia, per annos 26. ab anno ſcilicet 2989. ad annum 3115.	889
IV. 308.	3416	QUARTUS acta perſequitur reliquorum regum, & extremum excidium utriuſque regni; per ann. 308. ab anno nempe 3108. ad annum 3416.	588
PARALIPOMEN. I. *ann.* 2590.		PARALIPOMENON PRIMUS perbrevem contexit per genealogias hiſtoriam, ab Adam ad reditum è captivitate. Deinde repetitâ à Davide narratione, eius regnum accuratiùs deſcribitur, ad uſque eius mortem, & Salomonis ſecundam unctionem, anni Mundi 2990. factam.	

Anni ab orbe condito.		Anni ante æram vulg.	
3468	SECUNDUS reliquam regum hiſtoriam perſequitur ann. 478. & ad annum 3468. pervenit, quo finem 70. annis captivitatis Cyrus dedit,	536	II. 478
	Atque ita tota libris tam regum, quàm Paralipomenon hiſtoria comprehenſa, annorum eſt 620.		
	At Iſraelitici regni excidium in annum cadit 3283. quo Salmanaſar, X. TRIBUS deportavit.		*Iſraelis excidium.*
	Unus deportatorum TOBIAS fuit, cuius hiſtoria per annos circiter 95. extenditur, ad Ninives ſcilicet everſionem, hoc eſt annum M. 3378.		Tobias.
	Duravit verò regnum Iuda poſt Iſraëlis ſubverſionem per ann. 134. finemque habuit dum vertente anno 3416. Nabuchodonoſor Iudam captivum deportavit in Babylonem.		*Iudæ deportatio.*
	A fine Babylonicæ huius captivitatis, anno 3468. incipiunt libri ESDRÆ, qui per ann. 113. extenduntur.		ESDRÆ.
3550	PRIMUS hiſtoriam continet ann. 82. ad annum ſcilicet Artaxerxis Longimani 20. qui eſt Mundi 3550.	454	I. *ann.* 82.
3581	SECUNDUS ann. 31. ad DARIUM Nothum perveniens, qui regnum anno 3581. eſt adeptus.	423	II. *ann.* 31.
	Inde ad Machabæos & Antiochi Epiphanis regnum, ſacræ ſilent litteræ, per duo ſæcula cum dimidio.		*Silentium. ſæcula.* 2 ½
3871	Duo verò libri Machabæici, iuſtam annorum 52. complectuntur hiſtoriam, quæ Simonis morte, & Ioannis Hyrcani eius filij initiis anno 3871. in fine libri primi terminatur.	133	Machab. *ann.* 52.
	Atque hinc ad Chriſtum natum, per annos circiter 130. ſacræ rurſus ſilent litteræ.		*Silentium anno* 130.

DE LIBRIS IUDITH & Eſther.

Anni ab orbe condito.		Anni ante æram vulg.	
	HISTORICI quoque ſunt iſti duo libri, ſed quorum tempora minus certa.		
3336	Nos IUDITHAM ſub Saoſduchino, Sennacheribi nepôte, anno Mundi 3336. collocavimus.	668	Iudith.
3483	ESTHERAM verò ſub Dario Hyſtaſpis, qui anno 3483. rex eſt ſalutatus.	521	Eſther.
	Conſule ea quæ ad hos libros appoſuimus.		

De Tempore & ſcriptis Prophetarum.

	Anni ab orbe condito.		Anni ante æram vulg.
		TEMPUS quo maximè Prophetis ſuis manifeſtari voluit Deus, à SAMUELE poſſumus arceſſere. Quem exceperunt ſub Davide & Salomone, NATHAN, GAD, ADO, & alii ſub aliis regibus, maximè verò ELIAS & ELISEUS.	
Elias *ann.* 20. *docet*	3086	ELIAS ſub ACHAB cœpit, circiter anno 3086. & per annos circiter 20. prophetavit.	918
Eliſæus *ann.* 50.	3165	ELISEUS eius ſucceſſor, ſub regibus IEHU & IOACHAZO vixit; & per annos circiter 50. munus ſuum obiit.	839
		His autem proximè ſucceſſerunt illi Prophetæ, quorum ſcripta adhuc ſuperſunt. Et horum quidem alii	

PROPHETARUNT

Anni ab orbe condito.	*In Iuda.*	*In Iſrael.*	Anni ante æram vulg.
3166		IONAS, *cùm Syrorum amara nimis eſſet oppreſsio,* prædixit à Ieroboamo II. regnum vindicandum, 4. *Reg.* 14. ℣. 25. & 26.	838
3194	IOEL ſub iiſdem regibus prophetavit ſub quibus Oſee; atque adeo per integrum ſæculum.	OSEE ſub Ozia, Ioathan, Achaz, & Ezechiâ regibus Iuda, & Ieroboamo II. rege Iſraël, prophetavit, (*Oſee* 1. ℣. 1.) per integrum ſæculum.	810
3217		AMOS prophetare incipit anno 23. Oziæ, *Hieron.* nec eius tempus eſt tranſgreſſus: ita ut per annos circiter 28. docere potuerit.	787
3219	ISAIAS incœpit anno Oziæ 25. atque ſub Achazo & Ezechiâ perſeveravit; Quin & ſub Manaſſe eum occiſum tradunt; ita ut per integrum quoque docuerit ſæculum.	ABDIAS Iſaiæ & Amoſo æqualis fuit. *Hieron.*	785
3246	MICHÆAS Moraſthites, ſub Ioathan, Achaz & Ezechiâ prophetat, annis circiter 50. *Mich.* 1. ℣. 1.	*Ionas* tunc Ninivem miſſum eſſe videtur; Pule, Sardanapali patre regnante.	758
3291	NAHUM poſt abductas X. Tribus prophetare incipit, ut conſolationi eſſet toti populo, tam abducto, quàm relicto.		713
3375	IEREMIAS anno 13. Ioſiæ vocatus, ad uſque captam urbem, annis 45. prophetavit. In Ægyptum deinde abductus, ibi lapidibus obrutus eſt. Eius æquales fuêre. BARUCH, ipſius amanuenſis,	*In Babylonia.*	629
3398	SOPHONIAS, HABACUC, & alii in ſcripturis nominati, ſed quorum nihil habemus.	DANIEL adhuc penè puer prophetare incipit ſub Nabuchodonoſor, & ad Cyri tempora perſeverat, annumque vitæ circiter 85.	606
3409		EZECHIEL anno 5. à deportatione ſub Iechonia factâ, prophetare incipit, & per annos 22. perſeverat.	595
3485	AGGÆUS reduce iam populo, anno 2. Darij Hyſtaſpis, cœpit Iudæorum negligentiam in extruendo templo carpere. ZACHARIAS eius æqualis fuit.		519
3550	MALACHIAS ultimus prophetarum videtur Nehemiæ fuiſſe æqualis, hoc eſt circa finem regni Artaxerxis Longimani: quippe qui eas corruptelas reprehendat, quas tempore ſuæ ſecundæ præfecturæ, Nehemias reprehendiſſe indicat. Hinc itaque claret tempus quo illi prophetæ, quorum libri ſuperſunt, floruêre, facilè ad annos 400. accedere: à Ioaſo ſcilicet ad ſecundum Templum, & Nehemiæ finem. Claret etiam noſtros prophetas Græciæ ſapientibus longè antiquiores, cùm eorum primi vix ſint Ieremiæ & Ezechieli æquales.		454